



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Votum V. quoad solemnitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

contradicant gubernationi paternæ, vel tutoris, aliàs secus, nisi essent in subsidium terræ sanctæ, vel ex rebus Castrensibus, vel cū consensu parentis. num. 70.

Vota realia à puberibus facta, valida sunt. ibidem.

Clericus beneficiarius, & non beneficiarius potest emittere omnia vota, sicut laicus, his exceptis, quæ grauitè præiudicant Ecclesiæ, vt longa peregrinatio. num. 74.

Religiosus non potest vouere aliquid sibi prohibitum, licèt ex genere suo bonum, sine conditione *si pralato placuerit*, nec rem non prohibitam absque hac conditione, *si Superior non contradixerit*. ibidem.

Neuter coniugum potest vouere continentiam sine consensu alterius. capit. 22. num. 19.

---

### VOTVM V.

#### *Quoad solennitatem.*

VOTVM duplex est, vnum solemne, & alterum simplex. Solemne est quod professione tacita, vel expressa religionis approbata, vel susceptione ordinis sacri celebratur. capit. 12. num. 32. §. 13.

Votum

Votum simplex est quodcumque aliud siue occultum siue publicum fuerit. num. 32. §. 13.

Vota facta in sæculo, ipso facto commutantur voto solemni religionis. num. 65.

Votum solemne religionis amissum ab impubere, etiam consentiente patre non valet. num. 68.

VOTVM VI.

Quo ad irritationem.

IRRITATIO votorum non requirit causam. cap. 12. num. 63.

✚ Votum de non petendo vel non reddendo debitum emissum ab vno coniuge, sine consensu alterius, potest ab altero irritari. num. 60.

Maritus potest irritare vota facta ab vxore antequam nuberet si præiudicent marito. num. 65.

Vota possunt irritare, pater, & eo mortuo, mater, maritus, vxor, Dominus, prælatus, tutor: diuersimodè tamen: nam pater, mater, vel tutor possunt irritare in vniuersum omnia vota tam, realia quàm personalia, emissa à non habente ætatem requisitam ad contrahendum matrimonium. Si-

E E c 3     militer